



Josephit, und andere Carmina Vol. II.

A. N. 75. Quart.

4.
Ca
8.9
9.8
10.6
Ca
14.
15.
16.
Ca
20.
21.
2.



22 20.

STRENA
MEDICA-METRICA-ANAGRAM-
MATICA OMINOSA,

Seu
Curatio Morbi Hypochondriaci Medica,
Chymica, Astronomica,

PRÆSCRIPTA

CHRISTIANO
M O E S T E L I O
DRESDENSI,

I.V.C.

ac

sub initium anni cl^o lxxii

exhibita

à

BALTHASARE Ganen / Afcaniò-
Saxone, Doct. Dresdensium
Poliatrò.



DRESDAE,

Typis Gimelis Bergen, Elect. Saxon. Typographi.

22



Meo

CHRISTIANO MOESTELIO

Sal. & felicem novum annum,

QUOD frequentius sublatum peroptas malum
tuum hypochondriacum, Vir Clarissime, eius
è triplici fonte tibi jam porrigo Curam adumbra-
tam. Quartam supprimo, Magneticam. Tu fac
officium tuum cum astantibus, rite, fac, comparen-
tur externa, faciet suum Medicus, DEUS dabit
successum. Vale & salve. Dab. Dresda d. 17.
Id. Jan. anni ch l cxxii.

T.

B. San D.





STRENA
MEDICA-METRICA-ANA
GRAMMATICA OMINOSA.

CHRISTIANVS MOESTELIVS

per anagramma

VSV LIMEN, CHARITES SISTO!

Siste mihi Gallum. Sisto. Mibi siste Latinum,
Siste Anglum, Hispanum, sistuo (sisto) Italum,
Sistuo Cujacium, Bodinum, siste Thuanum,
Clarum, civiles sistuo (sisto) Sophos.

Tot lingvas, totidemq; artes, Mcestelia proles,
Calles, tot loca sunt externa nota tibi.

Nimirum in foliis, modò qvi in radicibus humor
Floret, & haud procul à stipite poma cadunt.

Sæpe representat mores Patris, Patruelis

Natus, sæpe & Avi fert simulachra Nepos.

Hinc Genitor Geniti perscrutans ingenii ignes,

Ad lingvas, artes prendit eos faciles.

Hinc in Christjanò fervens stat cura Parentis

Fœcundos genii quò colat aptus agros.

A 2

Patria,



Patria, pōst studiū loca commoda Lipsia præbet,
Palladiæ arcis ibi limina prima locas.
Fundatæ firmas VSV arcis LIMEN, eò VSV,
Soluti q̄i artifices efficit eximios.

Vos Colonia, Vosq̄ Bononia, Roma, Lovanum,
Lutetia, Aureliæ, Patavium, Batavum.

Lugdunum, Senæ Vos LIMEN firmitus arcis
Ponitis, extractam dotibus instruitis.

Hinc tibi multiplices artes, lingvæ, ingenuiq̄;
Mores, hinc animi munera rara tui!

Artibus ac lingvis bene sic excultus ad ædes
Festinas Patrias, Patria te recipit.

Hic omnes CHARITES tibi dant se sponte ministras,
Et sua leta offert munera q̄væq̄ tibi.

Nescio Saturni q̄vis tetri torvus amicam hanc
Harmoniam ad spectus vertere nunc satagit?

Nescio tartareum q̄vōd gluten, nescio nigra
Q̄væ fuligo nec at lætitiā ingenitam?

Nescio, q̄væ tentant hypochondria murmura, lætō
Proq̄ animō exanimem mœstitiam incutiunt?

Sed tanti non sunt hæc ponderis. Ecce serena
Hucce malo facies certa medela venit.

Sed tanti non sunt hæc ponderis. Ecce resolvit
Tartaream exactè tartarus ipse luem.

Sed



Sed tanti non sunt hec ponderis, Ecce potenter

Murmura discutiunt stricta diæta, merum.

Hinc cito Mercurii, Solis, Venerisq; Iovisq;

Adspectus faustos, Provoco Vos CHARITES.

Hinc cito tartareas factas faustò igne medelas,

Natas tartareum solvere ritè malum.

Hinc cito frave merum, Medicâ cito lege diætam

Præscriptam, hæc sine non cura peracta viget.

Saturno Vos victores occurrite, torvum

Hujus & adspectum reddite vos placidum.

Solvite tartareum Vos gluten, Murmura, flatus

Discutite, ingenitam Vos date letitiam.

Sanè sextilis, conjunctio amica, trigonus

Mercurii felix & Iovis & Veneris,

Sanè sextilis Solis, faustusq; trigonus

Saturnum iratum ritè domare queunt.

Sanè tartareos tu solvis Tartare morbos,

Murmura tu sedas stricta diæta, merum.

Hinc CHARITES SISTO blandus, Tu Aglaja serenò

Letitiam ore ferens, Tuq; Thalia veni.

Leta genas, leta os roseum, vaga lumina leta

Tu Euphrosyne optatam sistito letitiam.

Sic redeunt CHARITES ablatæ, ita vivida floret

Mortua-mens. Hilares SISTO tibi CHARITES!

3

Qvid



Quid mage nunc optas, quàm sanam in corpore sanò
Mentem, hanc promittit Tî mea Musa, vovet.
Annue tu votis Deus Optime, Maxime, Vota hac
Proq̃ novò hòc annò sint rata, firma jube.



F I N I S.

ARNISÆUS DE FEBRE

Quart. Interm.

ANTE omnia animus serenus & periculi, quod
pleriq; sibi fingunt, contemtor, instar PANACEÆ est. Idem, mihi licet, pronunciem de
morbô hōc nostrô præsentî, isti (Quartanam
intelligo) maximè cognatô.







22 20.

STRENA
MEDICA-METRICA-ANAGRAM-
MATICA OMINOSA,

Seu
Curatio Morbi Hypochondriaci Medica,
Chymica, Astronomica,

PRÆSCRIPTA

CHRISTIANO

M O E S T E L I O

DRESDENSI,

I.V.C.

ac

sub initium anni cl^o lxxxi

exhibita

à

BALTHASARE Garen / Afcario.

22

